Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

In eo loco ubi solemus uias bene
dicere. ubi consecratur oleum pro
infirmo. concluditur q: inconclu
sione. Per quem hec omnia dne sep
bona creas. Unde intelligimus
embolum esse supra dicti offitii.
Supra dictum offitium immola
tionem xpi. & ecclę tantum modo
tenet. Qui enim peccato uuult. ni
immolatur dno. qui peccato mo
ritur. immolatur dno. Nisi in
firmitas accideret ex peccatis.
non diceret iacobus. & si in pecca
tis sit dimittuntur ei. Paulus
apostolus ostendit. quibus pecca
tis accidat infirmitas dicendo.
Probet autem se ipsum homo. & sic
de pane illo edat. & de calice bibat.
Qui enim manducat & bibit in digne iu
dicium sibi manducat. & bibit. n
dijudicans corpus dni. Idó multi
inter uos infirmi. & imbecilles. &
dormiunt multi. Hic iacobus os
tendit uulnera. apls. eius medi
cinam. Infirmatur quis in uobis
inducat pbros ecclę. & orent sup
eum. ungentes eum oleo in nomi
ne dni. & oratio fidei saluabit in
firmum. & alleuabit eum dns. &
si in peccatis sit dimittuntur ei.
Quid infirmum saluat. hic mani
festat. oratio fidei. cuius signum est
di unctio. Si propterea infirman
tur. quia manducant corpus xpi
indigne. quibus tam subue
nit unctio. i. grā di per orationē
pbri. merito consecratio de qua
nunc agitur consecrationi corpo
ris & sanguinis dni ungitur. quę
fit in commemorationem xpi pas
sionis. per quam auctor peccati et
naturę prostratus est. Passio xpi
auctorem mortis destruit. grā ei
quę significatur per olei unctio
nem. arma eius. quę sunt peccata
corticiana destruit. Nouissima
oratio consecrationis dnici corpo
ris. et uoto penitentium fit. de qui
bus dr. Sacrificium dó spiritus
contribulatus. Congrue in ea
secratur oleum pro penitentibus.
ubi sacrificium eorum dó offert.
Crysma consecratur in eo
loco ubi pacem solemus in
ter nos dare. hoc e opus grę
di. ut pax. & concordia regnet in
nobis. Olea e arbor. pacis insignis.
Hęc pax prefigurata e olim in arc
ca noe. ut uerba eius de e secratio
nis testantur dicendo. & cum mu
di crimina diluuio expiarentur.
quonda similitudinem futuri